

et ministrabant ei. Et reliqua.

Homilia D. Georgii Nicomediensis.

In Præsent. B. V. M.

Quis vidit, quis audivit talem ascensum corporis, quod in sanctis habitat, et stipatur ab angelis, et alimentum accipit ambrosiam? Nam animæ quidem in corporeæ, communione, etiam ad summam pervenerint impassibilitatem, vix frui poterint angelico nutrimento, etiamsi cibum angelorum, rationemque falli et errare non potest scriptura significet. Hic autem manus corporeæ admirabile, quod conspectum fuit alimentum accipiunt, et per ipsum immaculata anima impletur donis. Tu. ꝑ. Quod relinq.

LECTIO 8.

O summam puritatem! O ascensum ætatis, quales scelas honestatis statuit ad celestium altitudinem, per quas Verbum descensu novo ad nos descendit, per quas quod inferius erat situm terrenum naturæ tabernaculum ascendit ad caelos. Oportebat enim divinum tabernaculum talibus augeri ascensionibus. Tu. ꝑ. Audi, Filia.

LECTIO 9.

Oportebat agnam immaculatam tali excipi convivio, talibus cibis exaltari. Oportebat non in Sanctis Sanctorum tabernaculi, sed in celo cœli in primâ ætate advocari eam: quæ his inspecta erat lassior, et puritate antecellit. Oportebat non unum solum ei inservire angelum, sed decies mille milia consipare. Etenim quem illi minimè possunt videre, ipsa mirandum in modum in utero constituit. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex Sixto Papâ Quinto.

Cons. 10. Inleneratæ. an. 1838.
Tom. IV. p. 4. p. 142.

Die XXX. Novemb.

429. Hæc perpetuâ constitutione mandamus, ut Præsentationis Beatæ MARIE semper Virginis festus dies undecimo Kalendaris Decembris per omnes totius orbis Ecclesias duplici Officio prout in Natalivitiis die, sumpto Præsentationis vocabulo peragatur, idemque in Calendario Romano cum Duplicis adjectione inseratur. Tu.

Vesper. ut in 2. Vesp. Præsent.

In his diebus finitur tempus Infantis, et incipit tempus Prægnant. B. V. Ideo Officium fit secundum temporis diversitatem.

DIE XXX. NOVEMB.

B. M. V. DE SANTATÆ.

Duplex.

Oratio.

Concede nos famulos tuos, quæsumus, Domine Deus, perpetuâ mentis et corporis sanitate gaudere, et gloriosæ Beatæ MARIE semper Virginis intercessione à præsentii liberari tristitiâ et æternâ perfrui lætitiâ. Per Dominum.

AD MATUTIN.

HYMNUS 138. Ex Flaminio.
Gaudium mundi, ô hominum benigna Mater, ô cunctis memoranda, namque
Quid potest gratum sine te, quid dulce

Ulli videri.

Te sanitatis canimus parentem,
Virgo, fumesis inimica morbis
Unicum vite decus, et malorum
Dulce levamen.

Hic ades nostrum miserans laborem,
Languidos aurâ refovens salubri
Et simul artus hominum caducos
Alma revisens.

Nicet morbi fugiunt protervi,
Occidit febris truculenta, dirus

Die I. Decemb.

Occidit pallor, fera mors profundo
Exulat orco.

Sit decus summo sine fine Christo,
Sancta quem Virgo genuit MARIA,
Qui Patri compar, Spiritu Sancto
Regnat in ævum. Amen.

Lect. 1. Noct. de fer.

IN II. NOCT.

Sermo S. Amadei Ep. Lausanensis.
Homil. 8. de Laudib. B. V.

LECTIO 4.

Non solum autem animarum salutem, verum etiam humanorum corporum sanitati Beatissima Virgo MARIA, atque necessitati piâ diligentia providet, et medetur. In locis quippè memoria sanctitalis ejus dicatis, claudis gressum, caecis visum, surdis auditum, mutis impetrat eloquium, curans omne genus languorum, præbensque innumera beneficia sanitarum. Tu. ꝑ.

LECTIO 5.

Accedunt ad ejus limina rei tudentes pectora, confitentes delicta, et acceptæ veniâ læti ad propria revertuntur. Accedunt etiam mente capiti, capite languidi, phrenetici, maniaci, arreptitii, nocturno timore, aliæ phantasmate, seu certâ maligni incursione delusi, qui receptâ sospitate, divini muneris largitatem assequuntur. Accedunt nihilominus ad ejus vestigia, qui amaro sunt animo, mesli, egeni, afflicti, desolati, ære alieni obligati, quodque gravissimum est viventes cum dedecoris notâ respersi. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Horum, et omnium de quâcumque tribulatione clamantium illi, libens preces suscipit, et Nato supplicans, omne malum ab eis miseratrix avertit. Etenim sicut ignis tactu cæra liquescit, et velut ardore solis deluit glacies, sic ab ejus facie inimicorum desperit acies, eâ-

que jubente, nihil adversi subsistit. Tu. ꝑ.

Homil. pro Duplicib. de Comm. vel Infant. vel Præg.

LECTIO 9.

Commem. B. Virginis Imperlatæ.
Octav. Cajetan. de Effig. siculis.
Matthæus Willelmus vicecancellarius regis in Sicilia virginum monasterium sub nomine beatæ MARIE condidit. Hic olim dono dedit Beatæ Virginis effigiem græco more puerum tenentis, in tabulâ depictam, gemmis et unionibus decoratam, undè nomen Ieonî siculo vocabulo impositum Imperlatæ. Porrò Ferdinandum rege, versus annum millesimum quingentesimum duodecesimum, mulier cupiditate impulsâ unionem rapuit ex grandioribus ex coronâ, pressoque pugno jam securâ furti excesserat: sed postea palmam neuticam potuit explicare, cœlesti vi compressis digitis. Undè animadverso scelere, mulier gemeunda ad templum revertitur, coram omnibus noxam fatetur, veniâque à Virgine impetratâ manum aperuit, et furtum resituit. Tu. Te Matrem.

Vesperæ de sequenti.

FESTA DECEMBRIS.

DIE I. DECEMB.

ANNUNTIAT. CONCEPT. B. M. V.

Dupl. majus.

IN I. VESPER.

Antiph. Capitul. et Orat. de Laudib.

HYMNUS 139. Parv. Marian.

Ante mundi principium
Deus creator omnium,
Prævidit, ut per Filium
Nobis daret remedium.
Ad Joachim, ut legitur,
Per Angelum promittitur

Proles, quâ salus redditur,
Unde dies hæc agitur.

Cujus diei gaudia
Ut salutis primordia
Fidelium Ecclesia
Celebret cum lætitiâ.

Hanc igitur solemniter
Colamus et fideliter:
Hanc amemus veraciter
Ut nos conservet jugiter.

Doxologia de tempore.

ÿ. Lauda sterilis, quæ non par-
ris.

ÿ. Decanta laudem et hinni,
quæ non pariebas.

Ad Magnificat. ant. Semen ve-
strum gentes hæreditabit, et civi-
tates desertas inhabitabit: noli ti-
mere Anna, quia non confunderis,
neque erubescas.

AD MATUTIN.

Invitator. Laudemus Deum no-
strum * In Annuntiatione Concep-
tionis Beatæ Virginis MARIE.

HYMNUS. 140. Apud Theophil.
Templis ferentem munera Rain.
Joachim Sacerdos repulit:
Heus, inquit, hinc mihi ocyus
Profana verba tollite.

Ipsi simul procul, procul
Aris sacris assistite:
Vestra Deo donaria
Futura grata creditis?

Quo se loco verterent
Vultus pudendum conjugum,
Repulsa quos tam fæda, tam
Insignis exanimaverat?

Joachim pudorem non ferens,
Gregum ad suorum pascua
Se projecit, tristicis suam
Recepit Anna se domum.

Doxolog. de Tempore.

IN I. NOCT.

ant. 1. Concluserat Dominus
vulvam Annæ, et erat sterilis.

2. Deprecatusque est Joachim

Dominum pro uxore suâ, eo quod
esset sterilis.

3. Exaudivit illum Dominus,
et dedit ei petitionem, quam ro-
gavit eum.

ÿ. Voluntatem timentium se fa-
ciat.

ÿ. Et deprecationem eorum
exaudivit.

De libro primo Regum.

LECTIO 1. c. 1. 1.
Fuit vir unus de Ramathaimso-
phim, de monte Ephraim, et no-
men ejus Elcana, filius Jeroham,
filii Eliu, filii Thohu, filii Suph,
Ephratæus: et habuit duas uxores,
nomen uni Anna, et nomen se-
cundæ Phenenna. Fueruntque Phen-
enna filii: Annæ autem non erant
liberi. Et ascendebat vir ille de
civitate suâ statutis diebus, ut adora-
ret, et sacrificaret Domino exer-
citu in Silo. Tu.

ÿ. Apparit Annæ angelus Do-
mini et dixit ad eam: * Sterilis es,
et absque liberis, sed concipies et
paries Filiam. ÿ. Quæ cum ve-
nisset ad maritum suum, dixit ei:
Vir Dei venit ad me, habens vultu-
m angelicum, et dixit mihi.—
Sterilis.

LECTIO 2.

Surrexit autem Anna, postquam
comederat, et hiberat in Silo. Et
Heli sacerdote sedente super sel-
lam ante postes templi Domini,
cum esset Anna amaro animo, ora-
vit ad Dominum flens largitèr, et
votum vovit. Factum est autem,
cum illa multiplicaret preces co-
ram Domino, ut Heli observaret
eos ejus. Porrò Anna loquabatur in
corde suo, tantumque labia illius
movebantur, et vox penitus non
audiebatur..... Tunc Heli ait ei:
Vade in pace: et Deus Israel det
tibi petitionem tuam, quam ro-
gasti eum. Tu.

ÿ. Ecce concipies: et paries Fi-
liam: * Et ipsa incipiet liberare
Israel de manu Philistinorum. ÿ.
Erit enim Deo sacrata ab Infan-
tiâ suâ, et ex matris utero usque
ad diem mortis suæ.—Et ipsa.

LECTIO 3.

Et illa dixit: Utinàm inveniat an-
cilla tua gratiam in oculis tuis.
Et abiit mulier in viam suam, et
comedit, vultusque illius non sunt
ampliùs in diversa mutati. Et sur-
xerunt manè et adoraverunt co-
ram Domino: reversique sunt, et
venerunt in domum suam Rama-
tha. Cognovit autem Elcana uxorem
suam: et recordatus est ejus
Dominus. Et factum est post cir-
culum dierum, concepit Anna, et pe-
perit filium. Tu.

ÿ. Lætare sterilis Anna, erum-
pe et clama. * Quia ecce con-
cipies et paries filiam, quæ erit
gaudium universæ terræ. ÿ. Con-
fusionis adolescentiæ tuæ oblivis-
ceris, et opprobii sterilitatis tuæ
non recordaberis ampliùs.—Quia.
—Gloria.—Quia.

IN II. NOCT.

Ant. 1. Erat quidam vir, nomine
Joachim habens uxorem sterilem.

2. Et apparuit ei Angelus Do-
mini, dixitque ad eum: Anna uxor
tua concipiet, et pariet filiam.

3. Exaudivit Dominus vocem
fletus mei: Dominus orationem
meam suscepit.

ÿ. Propè est Dominus invocan-
bus eum.

ÿ. Invocantibus enim in veritate.

LECTIO 4.

*Christoph. de Castro, Histor. Dei-
paræ, c. 2.*

Cum Joachim et Anna per multos
annos in casto conjugio permansi-
sent, quod Anna ad filios procrean-
dos apla non esset ob sterilitatem;

nullum tempus præteribant, in quo
summis precibus, lacrymis subindè
effusus, jejuniis præterea, et hone-
stis aliis officiis adjectis à Deo non
contenderent, prolem ut acciperent,
quam illi possent consecrare: idque
præcipue eis erat votum, quotiès
ad templum sine rubore ac dede-
core ascendebant. Tu.

ÿ. Domine exercituum, si respi-
ciens videris afflictionem famulæ
tuæ, et recordatus mei fueris, * Da-
bo filium, quam dederis servæ
tuæ, Domino omnibus diebus vitæ
ejus. ÿ. Cum esset Anna amaro
animo, oravit ad Dominum, et vo-
tum vovit, dicens.—Dabo.

LECTIO 5.

Aliquando ergò ad Encaniorum
festum celebrandum, Novembri
mense, Jerusalem profecti, cum
se despici ob infæcunditatem ani-
madvertisset, Deum suum obnixè
deprecati, suis ut adesset votis, pol-
licentes, ut scapè aliàs, consecra-
turos se fructum, quem è celo da-
tum perciperent: quin imò de re
solliciti, coacti sunt Anna ad hor-
tum, Joachim verò ad montem,
ubi pastores eorum pascebant gre-
gem, secedere, ut liberitis possent
Dei misericordiam promereri. Tu.

ÿ. Pariet Anna Filiam, cui be-
nedicturus sum: * Eritque in natione,
et reges populorum orientur
ex eâ. ÿ. Et constitutam illi in fœ-
dus sempiternum, et semini ejus
post eam.—Eritque.

LECTIO 6.

Hæc de causâ cum in preces per
dies aliquot persistisset, clementis-
simus Deus misit novi, bonique
nuntii Angelum suum, qui Joachi-
mo nuntiavit Annam uxorem suam
concepturam spectatissimam Vir-
ginem, ex quâ ducem illum, tot
jam sæculis optatum, universo orbi

daturum se fuerat pollicitus: atque id ipsum motu divino manifestatum est Annæ. Sic uterque fidem habentes divino Parainpho, quod præscierunt, cum eâ, quam tantum nuntium requirebat, gratulatione, sibi invicem renuntiaverunt. Tu.

¶ Revertens veniam ad te. Tempore isto, vitâ comite, et habebit Filiam Anna uxor tua. ¶ Erant autem ambo senes, protractaque ætate.—Tempore.—Gloria.—Tempore.

IN III. NOCT.

Ant. 1. Nescivi thorum in deo, habebit fructum in respectu animarum sanctarum.

2. Flebat Anna, et præ angustâ sterilitatis non capiebat cibum.

3. Noli flere: Deus Israel dabit tibi petitionem tuam.

¶ Expectans expectavi Dominum.

¶ Et intendit mihi.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 1. 5.

Fuit in diebus Herodis, regis Judææ, Sacerdos quidam, nomine Zacharias, de vice Abia. Et reliqua. Homilia S. Joannis Damasceni.

Orat. 1. in Dorm. *Deipar.*

Joachim et Anna parentes Virginis fuerunt. Joachim quidem velut quispiam ovium pastor cogitationes non minus quam pecora pascibat, ad arbitrium illas ducens. Anna verò, cujus nomen gratiam sonat, non minus morum quam matrimonii iugo copulata cum illo erat: quæ tamen eum omni virtutum genere floretet, misticâ quâdam ratione sterilitatis morbo tenebatur. Nimirum sterilis verè gratia erat, quæ in hominum animis fructum edere non posset. Siquidem omnes declinaverunt, simul inutiles facti erant:

non erat intelligens, aut requirens Deum. Tu.

¶ Erant justi ambo ante Deum, ¶ Incedentes in omnibus mandatis, et justificationibus Domini sine querelâ. ¶ Et non erat illis filius, eo quod esset Anna sterilis, et ambo processissent in diebus multis.—Incidentes.

Bened. Cujus Annuntiationem Conceptionis colimus.

LECTIO 8.

Tum bonus Deus manus suæ figmentum respiciens, et miseratus, cum illud tandem salvum facere vellet, gratiæ, hoc est Annæ sterilitatem solvit: quæ Filiam parit, qualis nec ante fuit, nec posthac futura est. Atqui sterilitatis depulsio hoc apertissimè indicabat fore, ut bonorum sterilitas, quæ mundus laborabat, submoveretur, et truncus aridus copiosæ arcana beatitudinis fructu donaretur.

¶ Ne timeas, Joachim, quoniam exaudita est deprecatio tua: Uxor tua Anna pariet tibi Filiam, et vocabis nomen ejus MARIAM. ¶ Et erit gaudium tibi, et exultatio, et multi in natiuitate ejus gaudebunt.—Uxor.—Gloria.—Uxor.

LECTIO 9.

Eam ob rem Dei Genitrix ex promissione prodiit. Angelus enim nascituræ conceptionem parentibus ejus nuntiat. Quippè conveniebat, et hæc etiã re nulli cederet, nec posteriores partes, quæ solum verè perfectum Deum secundum carnem erat paritura. Tu.

Te Matrem.

AD LAUDES

et per Horas antiphonæ.

1. Apparuit illi * Angelus Domini, et Joachim turbatus est, et timor irruit super eum.

2. Netimeas, Joachim, quoniam accepit Deus deprecationem tuam.

3. In semine tuo * benedicentur omnes tribus terræ.

4. Ex multitudine mæroris et doloris loquebatur Anna plorans coram Domino.

5. Vadè in pace, * et Deus Israel det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum.

CAPITULUM. 1. Reg. 2. 1. Exultavit cor meum in Domino, et exaltatum est cornu meum in Deo meo: dilatatum est super inimicos meos, quia lætata sum in salutaribus tuis.

J. HYMNUS 141. Apud Theoph. Joachim et Anna stetitibus, Râm. Votisque pertinacibus, Orare non cessant Deum Ut probè probrum tolleret.

Cælum penetrarunt preces, Adest ab astris Angelus, Qui prole promissâ graves Luctus juberet ponere.

Surgunt alacres invicem Narrare visa gentium, Porta maritus aureâ Quærilantem conjugem Offendit; hic lætus stupor Dulces utique lacrymas

Excurrit, hinc modicos lares Junculis revisit gressibus.

Haud vana vox oraculi Lusit piam servùm fidem, Bis luna nata quinquies Annum videt puerperam.

Doxologia de Tempore.

¶ Benedicamus Deum, qui te creavit.

¶ Benedictus uterque Pater, qui te generavit.

Ad Benedict. ant. Joachim et Anna, cum essent ambo justi coram Domino, elegit eos ex omni carne, in Sanctissimâ ejus Genitricis parentes, et benedictionem omnium gentium dedit illis Dominus.

Oratio.

Omnipotens sempiternæ Deus,

qui per Sanctum Angelum tuum Conceptionem Beatissimæ Virginis MARIE Sanctis Joachim et Annæ revelasti, eorumque placentium in gaudium convertisti, concede propitius, ut qui tanti mysterii memoriam facimus, celestis quoque repleamur lætitiâ. Per Dominum.

AD PRIMAM.

Ant. Apparuit. Capit. Exultavit de Laud.

¶ *br.* Quæ parentibus tuis annuntiata ab Angelo fuisti.

CANON.

Ex D. Fulberto Ep. Carnotensi. *Serm. de Nativ. B. V.*

430. Missus est Angelus Domini prius ad Joachim, deinde ad Annam, nuntians eis nascituram filiam, nomine MARIAM, cui similis sanctitate, nec antea nata fuerit, nec postea nasceretur. Tu.

AD TERTIAM.

CAPITULUM. 1. Reg. 1. 10. Cum esset Anna amaro animo, oravit ad Dominum flens largitè et volum vovit.

¶ *br.* Exaudiat te Dominus * In die tribulationis.—Exaudiat.—¶ Protegat te nomen Dei Jacob.—In.—Gloria.—Exaudiat. ¶ Mittat tibi auxilium de Sancto. ¶ Et de Sion teneatur te.

AD SEXTAM.

CAPITULUM. 1. Reg. 1. 10. Et abiit mulier in viam suam, et comedit, vultusque illius non sunt amplius in diversa mutati.

¶ *br.* Mittat tibi * Auxilium de Sancto.—Mittat.

¶ Et de Sion teneatur te.—Auxil.—Gloria.—Mittat.

¶ Memor sit omnis sacrificii tui.

¶ Et holocaustum tuum pingue fiat.

CAPITULUM. 1. Reg. 1. 19.
 Et surrexerunt manè, et adoraverunt coram Domino: reversique sunt, et venerunt in domum suam.
ÿ. br. Memor sit * Omnis sacrificii tui.—Memor. *ÿ.* Et holocaustum tuum pingue fiat. Omnis.—Gloria.—Memor. *ÿ.* Tribuat tibi secundum cor tuum. *ÿ.* Et omne consilium tuum confirmet.

IN II. VESPERIS.

Antiph. et Capit. de Laudib.

HYMNUS 142. Carol. à S. Antonio.
 Moses congeminas monte precamina

Legem promeruit sumere amabilem,
 Orans sed Joachim monte, beator

Factus munere Filiae

Matris Legiferi: sic viridario
 Coniux Anna manus vexit, ut altera

Eva; at dissimili quam nimis exitu
 Palmas exultit utraque.

Versuto colubro femina credula
 Attollens vestitam brachia ad arborem,

Pomum corripuit, quo sibi mortifer
 Succus fluxit, et omnibus.

Ast Anna ad superum brachia
 dirigens

Namen, lecta parens Virginis in lecta:
 Fructu digna fuit, quo sibi prodit

Cancis vitæque genitibus.

Gratas perpetuas sint tibi, Trinitas,
 Tu nos insidiis demonis eripis:

Tu mortem removes: tu bona per-
 pelis

Vitæ munera porrigis.

Amen.

ÿ. Benedicamus Deum, qui te
 creavit.

ÿ. Benedictus uterque Pater, qui
 te generavit.

Ad Magnific. ant. Filia, que nascetur vobis, erit Deo sacrala, et Spiritu Sancto replebitur: adhuc ex utero matris suæ.

D. VIRG. ALETENSIS.

Simplex.

Ad Matut. Invitat. et hymn. de Communi: antiph. ÿ. et ÿ. de ferid occur.

LECTIO 1.

Ex Histor. B. V. M. de Alet.
 Ex antiqua per Tolosatum regionem vulgata traditione fertur, versus undecimi sæculi finem pium quendam agricolam ad Deiparæ honorem Aletense sacellum elevasse non longè à pago Montis-acuti in Tolosanâ Diocesi. A pluribus annis in mente tantæ pietatis opus habebat, quando sanctissima Virgo ei inter arandum apprensus, injungit, ut eo in loco, optatam capellam extrueret. Ipse verò hoc insigni beneficio in suo confirmatus consilio, sumptibus sollicitè quasilit et inventis, illam ingenti gaudio edificavit eodem in situ ab ipsâ Divâ Virgine designato. Tu. *ÿ. de ferid occur.*

LECTIO 2.

Post tria autem sæcula in quibus Aletense Sacellum omnium fuerat miserorum refugium, et subsidium, Hæretici sacrilego odio ducti illud usque ad fundamenta destruxere. At fin decimi septimi sæculi fine Beatissima Virgo pluribus renovatis prodigijs ejus reedificationem iterum curavit: in quâ maximè notatu id invenitur, quod magnâ fidelium turba ad Aletensem collem ex circumstantibus locis interno ductu impulsu, quasi ex consilio continebat, cum nemo nemini suum secretum patefecerit: Hocque factum fuit, quod marianum sacellum brevissimo in tempore denno edificatum apparuerit. Tu. *ÿ.*

LECTIO 3.

Centum tandem et viginti annis delapsis, in quibus omnis generis piorum donisacellum ditatum fuerat, tempore gallicanarum revolutionum omnino fuit spoliatum. Dirui quoque jussum fuerat, erantque etiam destructores assignati, sed Deo ita mirabiliter disponente, nullus ausus est everisionis opus aggredi: adeo quod antiquum edificium servatum hodiè omnino illasum, quosiditè popolorum majori frequentia veneratum, sibi complacite Deiparâ in eâ domo omni venienti sua dona abundanter impertiri. Tu. *ÿ.*

Ad Laud. et horas omnia de Communi.

Ad Benedict. ant. Ora, tibi * restitutam sublatam labe salutem, et sanam mea te gratia semper alet. *Vesperæ de sequenti.*

DIE III. DECEMB.

B. M. V. REGINÆ MISERIC.

Duplex.

Oratio.

Deus, qui Beatam MARIAM semper Virginem, Matrem tuam, Misericordiæ Reginam esse voluisti; concede propitius, ut qui ejus imploramus auxilium, misericordia ipsius experiamur effectum. Qui vivis et regnas.

Invitator. et ÿ. ad Matut. ut in die 28. Sept. p. 361.

Lect. 1. Noct. de ferid. In advent.

IN II. NOCT.

Sermo S. Bernardini Senensis. *Serm. in Nat. B. V. art. un. c. 3.*

LECTIO 4.

Meruit super omnia Beata Virgo, quod divine misericordiæ sit Regina, et Regina misericordiæ nominetur, quod multipliciter probari potest. Primo enim plus ei con-

venit hoc nomen, quam si dicitur, Imperatrix. Nam Imperatrix est nomen magni timoris, atque rigoris. Regina autem plus est nomine prudentiæ, et æquitati. Propterâ vix in totâ Scripturâ Deus expressè nominatur Imperator sed Rex quia nempe nomen est majestatis. Secundò etiam dicitur magis propriè Regina misericordiæ, quam Domina Dominarum, vel Regina reginarum, vel Dea Dearum. Hæc enim omnia important dignitatem, vel excellentiam respectu majorum, et non minorum. Si enim diceretur Dea Dearum, non videretur esse Regina peccatorum. Similiter propriè non diceretur Regina pacis, et dilectionis, quoniam non est hoc universale omnibus sui regni. Tu. *ÿ.*

LECTIO 5.

Tertiò etiam dicitur melius Regina misericordiæ, quam potentia, vel sapientia. In sapientia enim intelligitur potentia; sed non convertitur. In misericordiâ verò intelligitur in sapientia et potentia, et non è converso. Undè misericordia claudit illa tria in se: propterâ Regina misericordiæ est Regina potentia, et sapientia, et non è converso. Quarto etiam propriè non potest dici Regina gloriæ, seu Regina gratia, aut Regina justitiæ. Nam gloria, gratia et justitia per se tantum dicunt collationem boni, et ablationem mali. Per se enim plus comprehendit, et amplius se extendit regnum misericordiæ, quam gloria, et gratia vel justitiæ. Sed ab ampliori et majori potentia dignitas et dominatio major est: ergò Beata Virgo MARIA à summâ dignitate Regina misericordiæ dici debet. Tu. *ÿ.*

LECTIO 6.

Quintò ad idem: gloria enim tantum est in cælo, non in terrâ, non

in inferno, non in purgatorio; sed misericordia in quolibet horum est; ergo maximum est regnum misericordiae; merito ergo Regina misericordiae est dicta. Sexto insuper Regina misericordiae dici debet. Nam quidquid est superius superior, superius est inferiorem, sed misericordia est super omnia opera Dei, et regnum misericordiae super misericordiam; ergo Regina misericordiae determinat potentiam super omnia; sed illa convenit Virgini propprissimè; ergo propriè est Regina misericordiae. Septimo etià super patrimonium et proprietatem Filii sui est Regina; sed haec est misericordia; proprium etenim Dei est misereri semper, et parcere; ergo beata Virgo propriè misericordiae est Regina. Tu. ij.

Homilia Præterea, ut constat. — *Die 28. Sep. p. 362. ut in festo Misericordiae B. V.*

LECTIO 9.

Commem. B. Virginis de Begonna.

Gumpenb. Alt. marian. Imag. 229. Bilbae in Hispania Diva Virgo sub titulo de Begonna maximè colitur. Dicitur ejus statua inventa in Quereu, in cujus loco nunc summum altare stat templi, quod majores ad pedem collis amenissimi, contra quod vellent, edificare coacti sunt. Primum enim Archibitei in collis vertice illud designarunt, jamque multa erat ibi comportata materia; sed aliter Virgini visum est, nam unà nocte tantum lapidum ingens ille acervus in subjectam vallem angelicis manibus deportata fuit. Itaque incoactè sententiam, intellectà Virginis voluntate, mutantes, brevi tempore ibi sacellum erexere. Tu. Te Matrem.

ij. ij. *br. ad Prim. Quæ Regina Misericordiae nuncuparis.*

CANON.

Ex D. Thomà Aquinate.

In Præfat. ad Epist. Canonicas. Apud Lq. c. 1.

431. Quando Filium Dei in utero concepit, et postmodum peperit, dimidiam partem Regni Dei impetravit, ut ipsa sit Regina misericordiae, ut Christus est Rex justitiae. Tu.

Cum 2. Vesper.

DIE IV. DECEMB.

S. M. AD PDEM CRYPTÆ.

Semiduplex.

Lection. 1. Noct. de Jerid.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

Spinelli de festis et templ. Deip. Sanctæ MARIE dictæ ad pedem cryptæ, quæ Neapoli colitur templum hæc fuit edificandi causa. Vir quidam pius ac religiosus, qui apud Sanctam MARIAM ad Capellam debebat nomine frater Benedictus, cum ad balnea patolana pergeret die octavo Septembris, nascenti Virgini sacro, sub auro-ram Imago Dei Genitricis Filium in gremio foventis eo in loco, ubi nunc est templum, et apparuit Tu. ij.

LECTIO 5.

Maria quoque de Duratio monialis regio genere apud Cenobium Castris de ovo die Sabbati sub auro-ram, item per quietem admonita est à Deiparâ, ut id templum extrueretur. Cuidam præterea Eremitæ, qui Petrus dicebatur, cum semper Cryptam eo in loco, qui Sancta MARIA de Itriâ vocatur, degeret, per quietem sese Deipara ostendit, idemque edixit. Quo factum est, ut nullorum elemosinis, undique erogatis excitatum sit ejusmodi templum; cui postea com-

plures à Summis Pontificibus indulgentiæ concessæ fuerunt. Quo circa plurimi die Sabbati præsertim Deiparam veneraturi confluisse solent. Tu. ij.

LECTIO 6.

Ejus templi mentio fit in translatione Sanctorum Martyrum Maximi Levitæ, et Julianæ Virginis è Cumanâ urbe eversâ, undè anno millesimo ducentesimo septimo primum ad hanc Dei Genitricis ædem, sequenti verò die Neapolim sunt illata eorum corpora. Eiusdem quoque templi meminit Petrarcha in Itinerario, testaturque ad illud assidue prætereuntium navigantium fieri concursum, quin etià illud in morem positum videmus, ut majora navigia, ubi in ejus templi conspectum venerint, bombardarum dispositione Deiparam salutem, ac venerentur. Tu. ij.

IN III. NOCT.

Leccio Sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 1. 26.

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro. Et reliqua.

Homilia S. Vincentii Lirinensis.

Commoitor. n. 15.

Hæc in Christo personæ unitas nequaquam post Virginis partum, sed in ipso Virginis utero compacta, atque perfecta est. Vehementer enim præcavere debemus, ut Christum non modò unum, sed etià semper unum confiteamur. Per hæc, inquam, personæ unitatem illud quoque similis mysterii ratione perfectum est, ut carne Verbi ex integrâ carne nascente, ipse Deus Verbum natus ex Virgine catholicissime credatur, impiissime dene-

getur. Quæ cum ita sint, absit, ut quisquam Sanctam MARIAM divini gratiæ privilegii et speciali gloriâ fraudare conetur. Tu. ij.

LECTIO 8.

Est enim singulari quodam Domini ac Dei nostri, Filii autem sui munere verissimè ac beatissimè Theotocos confitenda; sed non eo modo Theotocos, quo impia quædam hæresis suspicatur, quæ asserit eam Dei Matrem solâ appellatione dicendam, quòd eum scilicet peperit hominem, qui postea factus est Deus, sicut dicimus Presbyteri matrem, aut Episcopi matrem, non jam Presbyterum aut Episcopum, qui postea Presbyter aut Episcopus factus est. (Lecl. 9.) Non ita, inquam, Sancta MARIA Theotocos, sed idèo potius quoniàm, ut supra dictum est, jam in ejus sacro utero sacrosanctum illud mysterium perpetratum est, quod propter singularem quamdam, atque unicam personæ unitatem, sicut Verbum in carniæ caro, ita homo in Deo Deus est. Tu. ij.

LECTIO 9.

Commem. B. V. Bononiensis ad Galeram.

Balngb. die 23. Mart.

Sub annum millesimum quadringentesimum septagesimum octavum Templum Beatæ Virginis ad Galeram Bononiæ initium habuit. Cum enim urbs pestilentia laborasset, quidam malo percussus, Divæ Virginis Imaginem, quæ in cujusdam portici domuncula vilis, in vico dicto Galera, extabat, vix quum invocasset, statim sanatus est. Quo per urbem divulgato miraculo, alii seu pestilentia seu aliis morbis afflicti, valetudinem, idem facientes, recuperarunt. Undè eives eze colato Templum suæ Liberatrici condiderunt, in quo continuat usque

modò Virginis potentissima miracula in salutem credentium patrare. Tu. Te Matrem Dei.

Vesperæ de sequenti.

DIE V. DECEMB.

FIDES B. MARIE V.

Duplex.

Oratio.

Adauge, quæsumus, Domine Deus noster, in cordibus nostris fidei virtutem, quam in excellentissimo gradu Sanctissimæ Genitrici tuæ concessisti, ut quotidie, ipsâ intercedente, in tui nominis dilectione cresemus. Qui vivis.

AD MATUTIN.

Invitat. Laudemus Deum nostrum * In fidè Beatæ MARIE Virginis.

IN I. NOCT.

De Epistolâ Beati Pauli Apostoli ad Hebræos.

LECTIO 1. c. 11. 1.

Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. In hæc enim testimonium consecuti sunt senes. Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia fierent. Fide plurimam hostiam Abel, quam Cain obtulit Deo. Per quam testimonium consecutus est esse justus, testimonium perhibente muneribus ejus Deo, et per illam defunctus adhuc loquitur. Tu.

¶ Beata quæ credidisti, * Quoniã perficierent in te, quæ dicta sunt tibi à Domino.

¶ O mulier, magna est fides tua!—Quoniã.

LECTIO 2.

Fide Henoch translatus est, ne videret mortem, et non inveniebatur, quia transtulit illum Deus: ante translationem enim testimonium habuit placuisse Deo. Sine fide autem

impossibile est placere Deo. Crederet enim oportet accedentem ad Deum, quia est, et inquirentibus se remunerator sit. Fide Noe, responso accepto de iis, quæ adhuc non videbantur, metuens aperavit arcam in salutem domus suæ, per quam damnavit mundum: et justitiæ, quæ per fidem est, hæres est institutus. Tu.

¶ Hæc est mulier fidelis. * Per cujus fidem salvatus est Adam vir infidelis, et tota posteritas. ¶ Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem.—Per.

LECTIO 3.

Fide qui vocatur Abraham obedivit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem: et exiit neciens quo iret. Fide demoratus est in terrâ promissionis, tanquam in alienâ, in casulis habitando cum Isaac et Jacob cohærentibus repositionis ejusdem. Expectabat enim fundamenta habentem civitatem, cujus artifex et conditor Deus. Tu.

¶ Crediderat Eva serpenti, MARIA Gabrieli: * Quod illa credendo deliquit, hæc credendo delevit. ¶ Quod Eva ligavit per incredulitatem, MARIA solvit per fidem.—Quod.—Gloria.—Quod.

IN II NOCT.

Sermo. S. Thomæ Arch. Valentini. *Conc. 1. inn. B. V. M.*

LECTIO 4.

De fidè MARIE quiddam dici potest, pro meritò minus est: ut potè quæ ipsi etiã annuola fuerit stupore, non enim communia, et usitata sunt, quæ solo dicto MARIA credidit, sed inaudita penitus, et quæ omnem superant facultatem, omnem intellectum excedunt. Deum fieri mortalem, hominem Deum, de femina nasciturum, Virginem sine viro concepturum. Qualia

sunt hæc, ut solo verbo credantur? Tu.

¶ Fidem habuit in excellentissimo gradu * Quæ, etiã discipulis dabilantibus, non dabilavit. ¶ Non exstinguetur in nocte lucerna ejus.—Quæ.

LECTIO 5.

Quid putas cum sine humanis testimonis, primùm ab angelo dicta sint, futurum in Virgine, nisi cum Deus suo lumine, et gratiã prævenisset? Sicut eidem Angelus dicebat: Dominus tecum. An non cum illa Dominus, quæ ad tot, et tanta mysteria capienda, intelligenda, credendaque solo Angelò dicto prævaluit? O miram fidem! O stupendam credulitatem! Cum tanta sunt, quæ dicuntur, neque exemplum peti, neque miraculum querit, neque rationem exposcit, neque testimonium postulât, neque rerum imposibilitatem causatur. Tantâ facilitate credidit, ut ipse etiã Angelus miraretur. Tu.

¶ Fides MARIE cælum aperuit, * Cum angelo nuntians consensit. ¶ Beatior MARIA, percipiendò fidem Christi, quàm concipiendò carnem Christi.—Cum.

LECTIO 6.

Confer nunc ad hanc Virginis fidem omnem illam Sanctorum Patrum credulitatem, quam in illo fidei catalogo potenti eloquio super astra effert Paulus, et invenies hoc esse ad istam, quod stella ad solem, lens ad montem, gutta ad oceanum. Fidem Abraham præ cæteris Apostolus miratur, et meritò, non enim fuit inœcunda, sed obedientiæ operibus plena: unde per eam, justificatus est, et repositiones meruit obtinere sicut scriptum est: credidit, ideò reputatum est illi ad justitiam. Sed qualis est ista fides,

si ad Virginis fidem conferatur? Tu. ¶ Stabat juxta crucem MARIA fide elevata, * Quam de Christi divinitate fixa retinuit. ¶ In eã nunquam fides deficit.—Quam.—Gloria.—Quam.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO 7. c. 17. 19.

In illo tempore: Dixit JESUS Discipulis suis: Amen quippè dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic: transi hinc illuc, et transibit. Et reliqua.

Homilia S. Antonini Arch. Florentini.

De B. V. c. 17. §. 3.

Granum sinapis est tenax, parvum et calidum, et significat fidem Beatæ MARIE, quæ fides fuit ita constans, certa et humilis, et sine aliquâ hesitatione, quod cum ait: ecce ancilla Domini: optans, et postulans ut mons, qui est in vertice montium, tolleretur se de cælo, et mitteretur in mare hujus mundi per Incarnationem ex eã, prout sibi angelus nuntiaverat, subito mons ille sublimissimus obedivit intrans Virginis uterum. Tu.

¶ Ne timeas, MARIA, * Omnia possibilia sunt credentis. ¶ Quomodò fiet istud, quoniã virum non cognosco.—Omnia.

Bened. Cujus fidem.

LECTIO 8.

Certè nullus sancti, vel sanctæ fuit unquam fides ita constans et fervens, quòd istud petere auderet vel impetraret. Non Abraham, qui tamen datur altis in exemplum fidei. Qui, ut ait Apostolus, credidit in spem contra spem. Credidit quidem in spe repositionis sibi factæ ab angelo de filii na-

sciluro, contra spem, quæ naturaliter habebat, scilicet, quod non esset ei amodò nasciturus, cum esset antiquus dierum, et uxor sterilis. Tu.

¶ In fide sanctam fecit illum Dominus. * Et elegit eam ex omni carne, ut Mater fieret Redemptoris hominum. † Crediti Angelo, quod ex se nasceretur Altissimi Filius. —Et.—Gloria.—Et.

LECTIO 9.

Sed major fuit fides Beatæ MARLE, quæ crediti Angelo, quod ex Virgine nasceretur, non homo tantum, sed Filius Dei Altissimi. Magis enim est contra vel potius supra naturam Virgineam concipere permanens Virgo, et verum Deum, et hominem, quam concipere vetulam ex vetustissimo, et purum hominem Isaac. Ipsa quoque de plurimis mysteriis fidei perdocuit primos prædicatores fidei, scilicet Apostolos. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex D. Thomâ Arch. Valentino.
Conc. 1. in Dom. Smc. Trinit.

432. De Virgine purissimâ scriptum est: non exstinguetur in nocte lucerna ejus. In illâ quippè tempestate passionis Filii ejus benedicti omnes lucernæ apostolorum vento illo persecutionis valde obtenebratæ sunt. Fides Virginis sola inter illos permansit ardens et lucens. Tu.

Cum 2. Vesper.

DIE VII. DECEMB.

VIGILIA IMMAC. CONCEPTION.

Simplex.

Omnia ut in feriali officio.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 1. c. 11. 27.

In illo tempore: Loquente JESU ad turbas, extollens vocem quæ-

dam mulier de turbâ, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua.

Homilia S. Procli Arch. Constantin.

Oratio 6.

Quibus ergò encomiorum coloribus virginalem depingam imaginem? Quibus laudum præconiis incontaminatum exornabo castimoniam caritatem? Est hæc penetrata innocentiam sacrarium: aureum altare holocaustum: divinum compositionis thimiam: sacrum unctiois oleum: pretiosum vardi pistici alabastrum. Hæc sacerdotale ephod, divinam signans voluntatem: hæc aureum candlabrum septem elliptiniorum lucernas portans. Hæc area intrinsecus, et extrinsecus decorata, corpore scilicet, et spiritu sanctificata; in quâ erat thuribulum aureum, et urna aurea habens manna. Tu. †.

LECTIO 2.

Hæc primogenita jugi expers, ac rufa vitula, cujus cinis, Domini scilicet corpus ex eâ assumptum inquinat ab impurâ peccatorum lue emundat. Hæc porta ad orientem respiciens, propter Domini per eam ingressum egressumque in perpetuum clausa. Hæc novus testamenti tomus, per quâ festines spoliatum est imperium dæmonum, citoque humana dirempta captivitas. Hæc trina humani generis mensura Græcorum scilicet et Romanorum ac Judæorum, in quâ ineffabilis Dei sapientia fermentum bonitatis suæ abscondit. Hæc paternæ benedictionis ager, in quâ Dominicæ dispensationis thesaurus repositus fuit. Tu. †.

LECTIO 3.

Hæc navis regia, quæ de Tharsis divitias portat: quæ, inquam, cælesti regi Jerusalem ex Gentilium regione Gentium conversionem affe-

rat. Hæc pulchra Canticorum sponsa, quæ veterem exiit tunicam, lavitque legales pedes, ac sponsum immortalẽ in suo ipsius thalamo reverentè suscepit. Hæc tabernaculum testimonii, ex quo verus JESUS, cum Deus esset, post statum embryonis novem mensium tempus egressus est. Hæc fascella intrinsecus ac extrinsecus bitumine illita, nimirum prudentiâ et pietate exornata, in quâ spiritualis Moyses est mystico salvator Pharaone: cujus filia gentilis, nempe Ecclesia, in Virgineis ulnis (matri ipsi lactanti) æternæ vitæ mercedem datura promittit. Tu. †.

Ad laudes preces.

Oratio.

Quæsumus, omnipotens Deus, ut sanctissima Unigeniti tui Mater, cujus prævenimus solemnitatem, tuam pro nobis imploret clementiam, ut à nostris reatibus absoluti, à cunctis etiã periculis eruamur. Per eundem Dominum.

CANON.

Ex Pio Papâ Nono.

Const. Ineffabilis. Die 8. Dec. 1837.

433. *Immaculatæ Conceptionis* doctrinam ab antiquissimis temporibus vigenlem, ac fidelium animis penitus insitam, et sacrorum Antistitum curis studiisque per catholicum orbem mirificè propagatam ipsa Ecclesia luculentissimè significavit, cum ejusdem Virgine Conceptionem publico fidelium cultui ac venerationi proponere non dubitavit. Tu.

DIE VIII. DECEMB.

SOLEMNITAS

CONCEPTIONIS IMMAC. B. M. V.

Dupl. 1. Class. cum Octavâ.

IN I. VESPER.

Ant. 1. Sicut lilium inter spinas,

sic amica mea inter filias Adæ.

Psalmi de 1. Vesp. Solemnit.

2. Tota pulchra es MARIA, et macula non est in te.

3. Tu gloria Jerusalem, tu lapulcia Israel, tu honorificentia populi nostri.

4. Quam pulchra es, et quam decora carissima in deliciis.

5. Collum tuum, sicut turris eburnea, et oculi tui divini, et comæ capitis tui, sicut purpura regis.

CAPITULUM. Genes. 3. 25.

Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius: ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo ejus.

¶ Ego ante te ibo, et gloriosos terræ humiliabo: et dabo tibi thesauros absconditos, et arcana secretorum, * Dominus Redemptor tuus, et formator tuus ex utero. †. Omnes gentes plaudite manibus, jubilate Deo in voce exultationis.—Dominus.—Gloria.—Ego.

Hoc †. in dieb. infra Octav. non dicitur.

HYMNUS 143.

Quantis, MARIA, te Deus
Donis ab ortu prævenit!
Matri futuræ Numinis
Quid gratulari non juvat?

Vix matris inclusam sinu
Replet sacer te Spiritus:
Jam tota pulchra, nec Deus
Avia labes inficit.

Nostrum genus qui perdidit
Serpentis alteret caput:
Fœdi tyranni legibus
Te non decebat subijci.

Hinc, Virgo, certatim tuo
Plaudunt triumpho cœlestes:
Cladique raptum patriæ
Stupent frementes inferi.

Et nos tibi quos sanguinis
Sacrata jungunt vincula
Juvat sororis dulcibus

Ornare palmas canticis.

Deo Patri sit gloria,
Qui à labæ servat Virginitem

Cum Filio et almo Spiritu

In sempiterna sæcula. Amen.

Hæc Doxol. dicitur per octav.

ÿ. Liberasti me, Domine, de ore
leonis.

ÿ. Et à cornibus unicornium hu-
militatem meam.

Ad Magnific. ant. Noli metuere,
non morieris, non enim pro te, sed
pro omnibus hæc lex constituta est,
Alleluia.

Complet. de Dominicâ.

AD MATUTIN.

Invitator. Tota putchra es, MA-
RIA, * Et macula originalis non est
in te.

HYMNUS 144.

Debitam morti sobolem crearat
Eva peccatrix: nova destinatar,
Quæ sacro partu scelus atque
mortem

Destruat Eva:

Victa serpentis fuit illa fraude,
Infimis virus recipit medullis:
Vulnus hæc sanat, tumidique colla
Conferit anguis.

Sic Inero cedunt, Domino volente,
Damna dum grata vice per MARIAM
Delet antiquam novâ vitâ mortem,
Gratiâ culpam.

Dicæris Mater quoquæ nostra
Virgo,

Te proba nostram, pia Virgo, Ma-
trem:

Efficax blandis precibus severam
Flectere Numen.

Laus sit æternæ sacræ Trinitati
Quæ laborantem miserata mundum,
Proximum Christi, præcunte Matre,
Nuntiat ortum. Amen.

IN I. NOCT.

Ant. 1. Deus in medio ejus * non
commovebitur: adjuvabit eam ma-
nè diluculo. *Psal.* 27. Ad te Do-
mina. p. 21.

2. Viderunt eam * filia Sion,
et immaculatam prædicaverunt.
Psal. 51. Quid gloriaris. p. 31.

3. Fortitudo * et decor indu-
mentum ejus: bisus et purpura
vestis illius. *Psal.* 52. Dixit insi-
piens. p. 32.

ÿ. Ipsa conteret caput tuum.

ÿ. Et tu insidiaberis calcaneo
illius.

De libro Genesi.

LECTIO 1. c. 3. 9.

Vocavit Dominus Deus Adam, et
dixit ei: ubi es? Qui ait: vocem
tuam audivi in paradiso, et timui,
eo quod nudus essem, et abscondi
me. Cui dixit: Quis enim indica-
vit tibi, quòd nudus esses, nisi quòd
ex ligno, de quo præceperam tibi,
ne comederes, comedisti? Dixitque
Adam: mulier, quam dedisti mihi
sociam, dedit mihi de ligno, et co-
medi. Et dixit Dominus Deus ad
mulierem: quare hoc fecisti? Quæ
respondit: serpens decepit me, et
comedi. Tu.

ÿ. Laudate Dominum Deum no-
strum, qui non deseruit sperantes
in se, * Quia interfecit in mana meâ
hostem populi sui hæc nocte.

ÿ. Incipite Domino in tympanis,
cantate Domino in cymbalis, mo-
dulaminum illi psalmum novum,
exaltate et invocato nomen ejus.—
Quia.

LECTIO 2.

Et ait Dominus ad serpentem: quia
fecisti hæc, maledictus es inter om-
nia animalia et bestias terræ: su-
per pectus tuum gradieris, et ter-
ram comedes cunctis diebus vita-
e tue: inimicitias ponam inter te et
mulierem, et semen tuum et semen
illius: ipsa conteret caput tuum, et
tu insidiaberis calcaneo ejus. Mu-
lieri quoquæ dixit: multiplicabo
erumnas tuas, et in dolore paries
Filios, et sub viri

potestate eris, et ipse dominabitur
tui. Tu.

ÿ. Una mulier Hebræa fecit con-
fusionem in domo regis Nabucodo-
nosor: * Ecce enim Holophernes ja-
cet in terrâ, et caput ejus non est
in illo. ÿ. Benedixit Dominus, qui
te direxit in vulnere capitis princi-
pis inimicorum nostrorum.—Ecce.

LECTIO 3.

Adæ verò dixit: quia audisti vocem
uxoris tuæ, et comedisti de ligno,
ex quo præceperam tibi, ne comede-
res, maledicta terra in opere tuo:
in laboribus comedes ex eâ cunctis
diebus vitæ tuæ. Spinæ et tribulus
germinabit tibi, et comes herbarum
terræ. In sudore vultus tui vesce-
ris pane, donec revertaris in ter-
ram de quâ sumptus es, quia pul-
vis es et in pulverem reverteris. Et
vocavit Adam nomen uxoris suæ,
Eva, quòd mater esset cunctorum
viventium. Tu.

ÿ. Vivit Dominus, quoniam cus-
todivit me Angelus ejus, et non
permissit me ancillam suam coin-
quinari, * Sed sine pollutione pec-
cati revocavit me vobis gaudentem
in victoriâ suâ, in evassione meâ,
et in liberatione vestrà. ÿ. Confite-
mini illi omnes, quoniam bonus,
quoniam in sæculum misericordia
ejus.—Sed sine.—Gloria.—Vivit
Dominus, *In diebus infra oct.* Sed.

IN II. NOCT.

Ant. 1. Arcam de lignis Sethim
compingite, et deaurabit eam au-
ro mundissimo intus et foris.

Psalm. 81. Deus in Synagoga.
p. 38.

2. Sume vas unum * et mitte ihi
man, et reponè coram Domino in
generationes fultras.

Psalm. 84. Benedixisti. p. 39.

3. Non decuit * Regem gloria ja-
cere nisi in vase purissimo, et ele-
ctissimo.

Psalm. 103. Bened. anima. p. 43.
ÿ. Erusti à frumè Deus animam
meam.

ÿ. Et de manu canis unicam
meam.

Sermo. S. Joannis Damasceni.

Se. m. 1. *Nativè. B. M. V.*

LECTIO 4.

Quid autem est, cur Virgo Mater
ex sterili orta sit? Quoniam sci-
licet oportebat, ut ad id, quod
sub sole ortum erat, ac miracu-
lorum omnium caput via per mi-
racula sterneretur, ac paulatim
ab humilioribus ad sublimiora
progressus fieret. Quamquàm alia
quoquæ altior et diviner ratio à
me afferri potest. Etenim natura
gratiæ cedit, ac tremula stat, pro-
gredi non sustinens. Tu.

ÿ. Omnes in Adam peccaverunt,
ruptique sunt fontes abyssi mag-
næ, et factum est diluvium peccati
super omnem terram, * Arca verò
Deifera elevata in sublime fere-
batur super aquas. ÿ. Et operi
sunt omnes montes excelsi sub
universo celo.—Arca verò.

LECTIO 5.

Quoniam itaque futurum erat, ut
Dei Genitrix ac Virgo ex Annâ
oriretur, natura gratiæ factum an-
tevertere minime est ausa: verum
tantisper expectavit, donec gratia
fructum suum prodixisset. Siquidem
oportebat eam primogenitam
in luce edi, quæ rerum omnium
conditaurum primogenitum, in quo
omnia coagmentata sunt, paritura
erat. Tu.

ÿ. Dixit Elias ad puerum suum:
ascende et prospice contra mare: *
Ecce nubecula parva, quasi ve-
stigium hominis ascendebat de ma-
ri. ÿ. Nubes illa nunquam fuit
in tenebris, sed semper in luce.—
Ecce nub.

LECTIO 6.

O par beatum Joachim et Annam vobis omnis creatura obstricta est. Per vos enim donum omnium donorum præstantissimum Creatori obtulit, nempe castam Matrem, quæ sola Creatore digna erat. O beatos Joachimi lumbos, ex quibus prorsus immaculatum semen fluxit! O præclaram Annæ vulvam, in quâ facitis incrementis ex eâ auctus atque formatus fuit fœtus sanctissimus! Tu.

¶ Quid habes Esther? Ego sum frater tuus, non metuere, non morieris: * Non enim pro te sed pro omnibus hæc lex constituta est. ¶ Non exstinguetur in nocte lucerna tua, et non timebis à frigoribus nivis.—Non enim.—Quid *In dieb. mfr. oct. Non.*

IN III. NOCT.

Ant. 1. Adolescentularum * non est numerus: una est columna mea, perfecta mea, immaculata mea.

Psal. 119. Ad Dominam, * 16. 2. Hortus conclusus, * Soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. *Ps. 127.* Beati omnes p. 48.

3. Ab exordio * suæ conceptionis aspersione Spiritus Sancti tota Deitatis gratiâ fuit superfusa.

Ps. 131. Memento Dom. p. 48. ¶ Multæ filiae congregaverunt divitias.

¶ Tu supergressa es universas.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO 7.

c. 1. 1.

Liber generationis JESU—Christi, filii David, filii Abraham—Et reliq. Homilia S. Thomæ Arch. Vaulenti.

Conc. 3. in Nativ. B. M. V. U tibi Matrem Dei describamus,

ut possumus: Imaginare Virginem quamdam, pulcherrimam gratiosissimam, ingeniosam, nobilem, optimæ habitudinis quantum ad corpus: magni intellectus et integræ memoriæ, optimè compositam, et proportionatam, quoad dona naturalia, optimè dotatam, quam voluit, ut esset nobilissima, Deus. Hæc est MARIA, adeò illustris ut nulla femina mundi fuerit, tam nobilis, tam longâ serie avorum ex regibus, et principibus, ducibus, et patriarhis nata. Tu.

¶ Filius meus parvulus est, et delicatus: * Domus quam edificare volo, talis esse debet, ut in civitatibus nationibus nominetur. ¶ Domum tuam, Domine, deceat similitudo in longitudinem dierum.—Domus.

Benedict. Cujus immaculatam Conceptionem.

LECTIO 8.

Recole principia omnium historiarum, et vide, si in aliquâ historia tam superbum principium legisti. Liber generationis JESU—Christi. Quæ Genealogia Alexandri, vel Caesaris reperitur tam illustris per tot sæcula? Non quòd Deus multum curet de hæc nobilitate: non enim ipse clarus est ex Genealogiâ, sed ipsa clara ex ipso. Ego ipse sum radix et genus David. Non mihi gloria, quia habui talem patrem, sed illi gloria, quia habuit talem Filium. Tu.

¶ Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, * Et fundabo te in saphiris, et ponam jaspidem propugnacula tua, et in justitiâ fundaberis. ¶ Recede prout à calumniâ, quia non timebis, et à pavore, quia non appropinquabit tibi.—Et.

LECTIO 9.

Talis fuit Virgo in naturalibus.

Decuit et matrem esse purissimam, sine labe, sine peccato. Undè non solum, quandò puella, sed quandò parvula, sanctissima, et in conceptione sanctissima. Non enim decebat sanctuarium Dei, domum sapientiæ, reliquiarium Spiritus uranæ manæ celestis aliquam in se labem habere. Propter quòd antequàm anima illa infunderetur, plenè fuit caro illa mundata ab omni fæce et labe, et anima cum infusa est, nullam habuit ex carne, neque contraxit labem peccati, sicut scriptum est: Factus est in pace locus ejus: id est, domus sapientiæ sine omni fomite peccati formata. Tu.

¶ Ego ante te ibo, et gloriosos terræ humiliabo, et dabo tibi thesaurus absconditos, et arcana secretorum: * Dominus redemptor tuus, et formator tuus ex utero. ¶ Omnes gentes plaudite manibus, jubilate Deo in voce exultationis.—Dominus.—Gloria.—Ego ante.

In dieb. mfr. oct. Dominus. Hoc ¶ deinceps dicitur loco 8. Te Matrem.

AD LAUDES

et per Horas antiphonæ.

1. Fluminis impetus * lætificavit civitatem Dei, sanctificavit tabernaculum summ Altissimus.

Psalmi de Domn.

2. Gloriosa * dieta sunt de te, Virgo MARIA, quæ sine labe concepta fuisti.

3. Quæ est ista, * quæ sine maculâ progreditur, quasi aurora, quæ mane absque nubibus rutilat.

4. Beneficentiam Deum, * qui te creavit, beneficentis uterque Pater, qui te sine labe generavit.

5. Tota pulchra es, * amica mea, et macula originalis non est in te.

CAPITULUM. Gen. 3. 25. Inimicitias ponam inter te et mu-

liem, inter semen tuum, et semen illius: ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo ejus.

HYMNUS 145.

Per singularem gratiam In te, MARIA quam parens Primus refuldit posteris, Transfusa non fuit lues.

Salve, Puella nobilis, Cunctis amanda genibus, Summus Pater carissimo Quam preparavit Filio.

Tu Virga Jesse florida, Tu regis aula splendida, Augusta sancti civitas, Domus Dei purissima.

Tu pulchër arcus aetheris, Perennis arca fœderis, Tu cinnamo suavior, Favosque mellis dulcor.

Deo Patri sit gloria, Qui à labe servat Virginem, Cum Filio et almo Spiritu In sempiterna sæcula. Amen.

¶ Cadent in reticulo ejus peccatores.

¶ Singularitèr sum ego, donec transeam.

Ad Benedict. ant. Sublimior angelis * facta est, superior ipsis Cherubim et Seraphim, tanquam ancilla digna, et Mater sancta, et Mater immaculata.

Oratio.

Deus, qui per immaculatam Virginitatem Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum preparasti: quæsumus, ut qui ex morte ejusdem Filii prævisâ, eam ab omni labe præservasti, nos quoque mundos ejus intercessionem ad te pervenire concedas. Per eundem.

AD PRIMAM.

Ant. Fluminis impetus. *Capit.* Inimicitias. *de Laudib.*

¶ *¶. br.* Quæ sine labe originali concepta fuisti.

CANON.

Ex Pio Papâ Nono.

Const. Ineff. Die 8. Dec. an. 1854.

434. Auctoritate Domini nostri JESU-Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, ac Nostrâ declaramus, pronuntiamus, et definimus, doctrinam, quæ tenet Beatissimam Virginem MARIAM in primo instanti suæ Conceptionis fuisse singulari omnipotentis Dei gratiâ et privilegio, intuitu meritorum Christi JESU Salvadoris humani generis, ab omni originali culpæ labe præservatam immunem, esse à Deo revelatam, atque idecirco ab omnibus fidelibus firmiter constanterque credendam. Tu.

AD TERTIAM.

CAPITULUM. *Eccl. 1. 8.*

Unus est altissimus Creator omnipotens, et Rex potens, et metuentus nimis, sedens super thronum illius, et dominans Deus. Ipse creavit illam in Spiritu Sancto.

¶. *br.* Quæretur * Peccatum illius. — Quæretur. ¶. Et non invenietur. — Peccatum. — Gloria. — Quæretur.

¶. Innocens, sancta, et immaculata. ¶. Et à peccatoribus segregata.

AD SEXTAM.

CAPITULUM. *Judit. 13. 24.*

Benedictus Dominus, qui creavit cælum et terram, qui te direxit in vulnere capitis principis inimicorum nostrorum.

¶. *br.* Deus * In medio ejus. — Deus. ¶. Non commovebitur. — In. — Gloria. — Deus.

¶. Fundabo te in saphiris. ¶. Et in justitiâ fundaberis.

AD NONAM.

CAPITULUM. *Ezech. 44. 2.*

Porta hæc clausa erit: non aperietur, et vir non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israel in-

gressus est per eam; erique clausa principi; princeps sedebit in eâ.

¶. *br.* Dominus * Direxit viam meam. — Dominus.

¶. Ab utero auxiliator meus. — Direxit. — Glor. — Dom.

¶. Dominus Redemptor tuus. ¶. Et formator tuus ex utero.

IN II. VESPER.

Ant. 1. Hæc est virga, * in qua nec rodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit.

Psalmi ut in 2. Vesp. Solena.

2. Hæc est vellus * Gedeonis, in quo solo ros gratiæ fuit, dum tota terra sicca per peccatum erat.

3. Hæc est vellus * Gedeonis, quod solum siccum erat, dum omnis terra peccati rore madens erat.

4. Hæc est paradisi * ille ad quem serpens aditum non habuit.

5. Hortus conclusus, * fons signatus, pulens aquarum viventium.

CAPITULUM.

Inimicitias ponam inter te. *ut supra* ¶. Ego ante te ibo. *ut in 1. Vesp.*

HYMNUS 116. *Salla.*

Mater, ô felix, meritò vocata Anna, dicaris quasi gratiosa, Gratia dono thalamum supremum Pignus adeptæ!

Semine accepto, male quippè dicto,

Quaque fœtantes generant scelestum,

Una tu sacro gravidata gignis Semine sanctum.

Nempe naturæ maledicto adempto,

Reddita est insons genitura Patri, Tale qui appositus Joachimus aplè Cœlitus audit.

Fecit hoc unum, Trias alma, Numen,

Qui Pater Natam, Soboles Parentem, Spiritus Sponsam sibi preparabat Immaculatam.

In Genitricem.

Id quod excelsam Triadem decebat,

Messia: factum meritis futuris Corde credentes labiis faterimur Sponte fideli.

Ut parens nostris vitii uterque Prole eum sanctâ veniam preceatur, Cujus augustum celeberrimus ortum Pectore puro.

Faxit ô trinus Deus unus, ejus Quipotens Auctor, sapiens Repertor: Sanctus at sacrans ultimam perenni Laude colatur. Amen.

¶. Non accedet ad te malum.

¶. Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Ad Magnific. ant. Una est * columba mea, immaculata meæ, perfecta mea, una est electa genitrici suæ, alleluia.

Completor. de Dominicâ.

In diebus infra octav. Officium fit etiam in festis, ut in die Concept. nisi aliter notetur. Psalmi verò, ut in feriali officio.

DIE IX. DECEMBR.

DE II. DIE INFRA OCTAVAM.

Semiduplex.

AD MATUTIN.

HYMNUS 147. *Car. à S. Anton.* Anna sat felix super orbe et astris, Tuque sat felix, Joachime conjux, Virginum Virgo quibus orla, Adami Nescia labis.

Plurimi pulchram sobolem dedere,

Plurimi pulchram sobolemque gignere,

Attamen nulli magis hæc decoras Prole puellas.

Pulchra proh quantum! Pater hanc supernus

Sumpsit in Natam, sibi Flamen almmum

Sumpsit in Sponsam, Genitori et æquus

Cujus excelsum recolens decorum Sol, sacrum corpus radiatus ambit, Luna se subdit pedibus, coronam Sidera crines.

Laus sit æternæ sacræ Trinitati, Quæ laborantem miserata mundum, Proximum Christi, præeunte Matre, Nuntiat ortum. Amen.

Lect. 1. Noct. de ferid. occur.

IN II. NOCT.

Sermo S. Anselmi Episcopi. *Tractat. de concept. Inter ejus opera.*

LECTIO 4.

Beata MARIA, Mater Dei futura, sicut eum, qui super omnia est incomprehensibilis, verum erat hominem ineffabili modo de suâ substantiâ Virgo paritura, ac per hoc in divinitatis illius unitatem transitura, ita non absurdè credi potest primordia Conceptionis ejus tantâ Deitatis sublimitate præsignata, ut humanarum conceptio mentium ea planè penetrare non valeret. Tu. ¶. Omnes in.

LECTIO 5.

Hæc itaque pura simplicitas, supplexque in Deum et in dilectissimam ejus Matrem puritas dilectionis æstimare de conceptione illius Dei Genitricis non veretur, et idecirco ejusdem conceptionis dies festivus laudibus à cunctis fidelibus suo judicio meritò celebratur. De ipsâ quippè multis sæculis ante ortum ejus vel conceptum, Isaiam Spiritu Sancto afflatum dixisse constat: Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Tu. ¶. Dixit Elias.

LECTIO 6.

Hæc igitur Virgo, tanti Filii dignissima Parens, cum in alvo suæ parentis naturali lege conciperetur; quis non concedat, Dei sapientiam à fine usque ad finem pertingentem,

novo quodam et ineffabili gaudio cœlum, terram et omnia, quæ in eis sunt, perfudisse, ac ineffabili jubilatione pro sui reintegratione, quam per illam sibi venturam, divinam et occultâ inspiratione prævidebant, perlustrasse? Sed cum ipsa conceptio fundamentum, ut diximus, fuerit habitaculi summi boni, si peccati alicujus ex primæ prævaricationis origine maculam traxit, quid dicemus? Tu. *ñ*. Quid habes.

IN II. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO 7. c. 1. 1.

Liber generationis JESU-Christi, filii David, filii Abraham. Et reliq.

Homilia S. Petri Damiani Ep.

Homil. in Nativ. B. V. M.

Nonnulli autem, dum plûs sapere, quàm oporteat sapere, gestiunt, quis Pater, vel quæ Mater Beata MARLE fuerit, studiis superflua curiositatis inquirunt. Sed aliquis lector nimis inutilitèr quærit, quod Evangelista narrare superfluum duxit. Si enim huic notitiæ utilitatem inesse cognoscetur, nequaquam nobilis Historicus rem necessariam silentio præteriret. Sciendum verò est hunc esse morem Scriptoribus sacri eloqui, ut sicut student silere quod obest, sic etiam referre despiciunt, quod scire non prodest: Tu. *ñ*. Filius meus.

LECTIO 8.

Aliquandò autem in sacrâ scripturâ certi causâ mysterii aliquod præmittitur, ut ipso quasi clamante silentio magnum aliquod sentiatur. Sicut est quod Melchisedech in veteris narratione historiæ sine patre, sine matre, sine genealogiâ per Moysem introducit: ut videlicet Christus, qui est sacerdos secundum ordinem Melchisedech, per eum sig-

nificatur, de quo propheta dicit: Generationem ejus quis enarrabit? In generatione autem Christi illæ ordinari personæ meritò debuerunt, per quas ad JOSEPH descensio fieret, non ad MARIAM, quæ de unâ cum ipso tribu fuerat, declinaret. Tu. *ñ*. Ego ante.

LECTIO 9.

Commemoratio B. Virginis de Sudore.

Ravenæ. *alt. mar. Imag. 272.*
Ravenæ in Italiâ beata Virgo sub titulo de Sudore colitur. Ejus imago in telâ picta est, quam artifex inducdo glutino asseri affixit. Lata est ad palmum, alta duos. Quondam hoste Ravenam ferro igneque vestante, mirabili portento sanguinem sudavit, undè et nomen de sudore accepit. Et verò non obscure hodiè se obijciunt sanguinis notæ, quibus tota penè imago conspersa fuit. Nunc pervenisti operis sacellum erectum sanctæ Imagini magno sumpto in visitur. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex Pio Papâ Nono.

Constit. Ineffab. Die 8. Dec. 1854.

435. Romana Ecclesia nihil potiùs habuit, quàm eloquentissimis quibusque modis Immaculatam Virginis Conceptionem, ejusque cultum et doctrinam asserere, tueri, promoveri, et vindicare. Quod apertissimè planissimèque testantur et declarant tot insignia sanè acta Romanorum Pontificum Decessorum nostrorum..... Tu.

Vesperæ de sequenti.

DIE X. DECEMB.

TRANSLATIO

ALME DOMUS LAUR.

Duplex majus.

Officium fit, ut in Comm. Dedicat.

Oratio.

Deus qui Beate MARLE Virginis Domum per Incarnati Verbi mysterium misericorditèr consecrasti, eamque in sinu Ecclesiæ tuæ mirabilitèr collocasti: concede, ut segregati à tabernaculis peccatorum digni efficiamur habitatores Domus sanctæ tuæ. Per eundem Dominum.

AD MATUTIN.

Invitat. Salvatorem mundi in Domo Virginis de Spiritu Sancto conceptum * Venite adoremus.

HYMNUS 148. *Conti.*

O major altis montibus
Aulisque Regum pulchrior
Cœlestis in terris Domus!
Metalla non tibi decus,
Non saxa, non gemmæ ferunt,
Fulgore mendax vanitas.

Sed Virgo Numinis Parens
Numenque Proles Virginis,
Gentes ut inter ceteras,
Totoque in orbe clares: Longis
perennitatibus Insigne te nomen fecit.

Utrique nam sedes eras,
Utrique tu culmen; tuo
Receptus in sinu est Deus,
Cum Matre dum vixit puer,
Demissus et normam piæ
Demissionis præbuit.

Hinc te remotis è plagis
Votiva promens munera
Frequentat humanum genus:
Hinc et potentes ærtes
Tibi coronas devovent,
Tolasque submitunt opes.

Sit laus Patri cum Filio,
Qui natus olim è Virgine,
Mortalium commercia,
Parvamque non sprevit domum:
Sit jugis et Paraclito
Honor per omne sæculum Amen.
Lect. 1. Noct. de Comm. Dedicat.

IN II. NOCT.

Sermo S. Bernardi Abbatis.
Sermo 52. de diversis.

LECTIO 4.

Sapientia, quæ Dei erat, et Deus erat, de sinu Patris ad nos veniens, edificavit sibi domum, ipsam scilicet Matrem suam, Virginem MARIAM, in quâ septem columnas excidit. Quid est in eâ septem columnas excidere, nisi ipsam dignum sibi habitaculum fidei et operibus præparare? Nimirum ternarius numerus ad fidem propter sanctam Trinitatem, quaternus pertinet ad mores propter quatuor principales virtutes. Tu.

ñ. Quoties Christi sonuit pia
vobis Edes! * Quo tões lærvms
humida terrafuit. *ñ*. Infantis JESU
testis amica domus.—O quoties.

LECTIO 5.

His itaque quatuor morum columnis et tribus fidei prædictis extruxit in eâ sibi domum Sapientia cœlestis, quæ ad eam mentem ejus replevit, ut de plenitudine mentis fecundaretur et caro. Ipsius autem Virginis natalis Domus divinis mysteris consecrata, Angelorum ministerio ab infidelium potestate in Dalmatiâ prædis, deinde in agrum lauretanum Picenæ provinciæ translata fuit, sedente Sancto Cœlestino quinto. Tu.

ñ. Hæc est illa domus, quæ tantum præstitit orbi, * Quantum cœlicolis præstitit ipse Deus. *ñ*. Circumdant sacris quam marmora sculpta figuris.—Quantum.

LECTIO 6.

Et eandem Domum ipsam esse, in quâ Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, tum Pontificis diplomatibus, et celeberrimâ totius orbis veneratione, tum continuâ miraculorum virtute, et cœ-